Bonoꝝ poſſeſſio extraoꝛdiaria dr̄ duob⁹ modis. Uel qꝛ nō ē ſtabilita certa pte edicti. ſ. ex teſtamēto tm̄. vel ab īteſtato tm̄. ſȝ vt vaga. quādoqȝ ex teſtamento qn̄qȝ ex inteſtato defert. ⁊ competit tm̄ his q̄ vocantur ex nouis legibus. vt ecce mater: alijs in teſtamento inſtitutis. poſtea i puerperio deceſſit ⁊ filiū quē geſtabat in vtero preterijt. Preſumit em̄ filius hic inſtitutus. ⁊ habet bonoꝛum poſſeſſionē ſm tabulas ⁊ ſeptimā partem extraoꝛdinariam. Cuius bonum eſt exemplū ſm legem coꝛneliam. tam ex teſtamento q̄ ab inteſtato. que fingit eum qui moꝛit in captiuitate deceſſiſſe ipſa hoꝛa captiuitatꝭ. Et ideo quilibet poteſt ei noua lege coꝛnelia ex teſtamento ⁊ ab inteſtato ſuccedere. vt inſti. de bo. poſ. §. ſunt etiam. Dicitur autem extraoꝛdinaria poſſeſſio q̄a ius non tribuit. vt carbonianū. ⁊ que datur ventri ⁊ que dat gratia litis agnoſcēde. vnde ⁊ extraoꝛdinaria dat ſine cognitione que ī oꝛdinarijs quia om̄e ius tribuit quantū eſt. Item bonoꝝ poſſeſſio aliter diuidit. qꝛ alia dicit bonoꝛum poſſeſſio edictalis. vt que ex edicto pretoꝛis moꝛtui decernit. Alia ꝟo bonoꝛum poſſeſſio decretalis que a viuo pretoꝛe decernit. Uel quia hodie non eſt neceſſarium eam decerni vel dari. Dicitur enim decretalis a iudicis preſentia que in eius cognitione exigit. quia ſm Azo. poſſet ⁊ illud dici. vnam eſſe bonoꝛum poſſeſſionē edictalem ⁊ eandem appellari decretalē vꝉ iudicialē ex eo q̄ accipit efficaciā ex p̄ſentia iudicis. Nec eſt differentia int̄ decretum ⁊ decretalem. licet quidā dicunt contrarium.

Bonoꝛum poſſeſſio ſm tabulas eſt oꝛdiaria ex teſtamento. Et dr̄ ex teſtamēto ſm Azo. non quia iuuat ex voluntate defuncti. ſed quia non habet locū niſi exiſtente teſtamento. ⁊ dat ſcriptis heredib⁹. ⁊ eis deficientibus vocant ſubſtituti. Et inde ſubſtitutis deficientibus vocant ſubſtituti. Et inde ſubſtitutis deficientibus vocant ſubſtitutiꝭ eis. Petunt aūt ex oꝛiginalibus tabulis tm̄ nō exemplo. Iteȝ ſi fiat queſtio de tabulis debet ꝓbari cuiuſcūqȝ intentio p ſeptē teſtes ⁊ nō p duos tm̄ ſm Azo. licȝ q̄dā dixerūt ꝯͣriū. Si aūt teſtatoꝛ nō facit teſtamentū in ſcriptꝭ ſed in verbis vel nuncupatōne rexꝫ vꝉ bo minū dat bonoꝝ poſſeſſio ſm nuncupatiuū teſtamentū.

Bonoꝝ poſſeſſio contra tabulas quā pretoꝛ liberis pollicet ſm ſpe. in tractatu de libello ti. de teſta. §. ſequit videre. vbi dicit. Eſt ⁊ alia bonoꝛum poſſeſſio contra tabulas que datur filio vel nepoti preterito contra teſtamentū patris vel aui q̄ filium vel nepotem in teſtamento ſuo vꝉ vita p̄terijt. ⁊ taliū in tabulis ſi filio vel nepoti legauit. ipſe tamē legatū nō agnouit ⁊ ſm Azo. in ſum. eo. ti. defert liberis naturalibus ⁊ legitimis tm̄ puta adoptiuis. Item natis ⁊ naſcituris. Iteȝ emancipatis precipue ⁊ his q̄ erant in ptāte defuncti. ⁊ dat ex illis ex q̄bus potuit aut hereditas aut bonoꝛuȝ poſſeſſio peti de iure cōi. Dat aūt a patre naturali. ⁊ i adoptiōne nō habet locū hec bonoꝝ poſſeſſio niſi inſtituant ab eo heredes ⁊ alius eis cōmittat edictū. Itē alia ē bonoꝝ poſſeſſio ꝯ tabulas ſm Spe. ibidē q̄ dat patri vꝉ mr̄i. auo vꝉ ꝓauo. ſi ſint p̄teriti ex teſtam̄to filij vel nepotis emācipati gratis ⁊ ſine pecunia cū quo nō eſt factū pactū. ne pater vꝉ auus inq̄etaret ſua iudicia. nec receptū eſt ab eo q̄tuȝ ſatis eſt. q̄ etiam nec miles nec in militia deceſſit. Itē ſm eundem ibidem. Eſt et alia bonoꝛuȝ poſſeſſio ꝯ tabulas que dat patrono p̄terito ꝯ teſtamentū liberti. ſi ſit maioꝛ cētenario ad recipiendū p patronū tertiaȝ ptem ſibi debitā de iure ⁊ dat patrono ſi ſit p̄terit⁹ oīno. Uel etiā ſi ſit ſibi minus tertia parte legatū. ⁊ tūc dat pro ſupple

mento vsq3 ad terciā ptē. Et differt in h
ꝺm Azo. a bonoꝝ possessione q̄ daꝛ libe
ris. q2 tūc h demū daꝛ si hereditas liber-
ti sit adita saltē ex vno de heredib9. Sed
illa q̄ daꝛ liberis satis est ꝙ q̄s potuit eē
heres licet nō potuit petere ꝺm tabulas
bonorū possessionē. Itē notandū ꝙ q̄re
la inofficiosi testamenti fere h idē opaꝛ
qđ bonoꝝ possessio ꝯ tabulas. q2 testa-
mentū rescindiꝛ de facto. Sed Spe. dicit
ꝙ de iure scissum ⁊ irritū est. S3 in h dif
ferunt q2 bonoꝝ possessiones oēs p̄torie
actiones sunt vł edicta p̄toria. q̄rela aūt
inofficiosi testamenti ciuilis est. Et p̄mis
se bonoꝝ possessiōes ordinarie sūt ⁊ cō-
petunt ex testamēto. Alie bonoꝝ posses-
siōes cōpetunt ab intestato.

Bonoꝝ possessio vnde liberi ꝺm Spe. vbi
supra. §. viso. daꝛ filio emācipato qn̄ pa
ter decedit ab intestato. ⁊ est ordinaria ⁊
eam nō habent liberi in linea materna. l.
q̄tiens. ff. de suis. ⁊. l. here.

Bonorū possessio vnde agnati vel vnde le
gitimi ordinaria est. Et ꝺm Spe. ibidem
datur ꝓximis cognatis coniunctis ꝑ vi
rilem sexu3 post liberos ab intestato. Et
nota ꝙ bonorum possessio vnde legiti-
mi nō est caput speciale sed generale cō-
currens cum alijs specialibus bonorum
possessionibus. sc3 cum vnde liberi vnde
agnati. vnde cognati. vnde ex lege ⁊ sena
tuscōsulto.

Bonoꝝ possessio vnde cognati similiꝛ or-
dinaria est. Et ꝺm Spe. daꝛ his ab inte-
stato q̄ ꝑ femineū sexū cōiuncti sunt. vt si
neq3 liberi neq3 legitimi existant ꝓximi
cognati succedant.

Bonorū possessio vnde vir ⁊ vxor similiter
ordinaria est. Et daꝛ viro muliere ab in
testato decedente agnatis vel cognatis
nō existentibus. vel ecōtra daꝛ mulieri vi
ro ab intestato decedente agnatis et co-
gnatis nō existentib9 Et he oēs ordina-
rie quatuor bonorū possessiōes ꝯpetunt
ab intestato. Alie vero q̄ sequunꝛ sunt ex-
traordinarie.

Bonorū possessio extraordinaria est q̄ no
mine caret ꝺm Spe. ibidē. ⁊ cōpetit his
qui ex lege ⁊ iurisconsulto ⁊ cōstitutioni
bus p̄ncipū tam ex testamento q̄ ab in-
testato veniunt. sc3 vt cu3 aliq̄s vult suc
cedere patri suo quem ab intestato deces
sisse inuenit cum ab hostib9 redit vł cu3
a captiuitate fuerit emancipatus ⁊ sic iu
re ciuili cum cognatis in successione iu-
ris postliminij petit sibi hanc bonoꝝ pos
sessionē concedi.

Bonoꝝ possessio ex lege cornelia eodē mo
do daꝛ filio emancipato de iure ciuili in
cognito cū vult succedere patri deceden
ti ab intestato apud hostes i captiuitate

Bonorū possessio extraordinaria septima
datur vno modo patrono volenti succe
dere liberto ab intestato decedenti sine
liberis. Alio modo filio volenti succede
re in bonis matris vel econuerso. Et da
tur alio modo infanti vel curatori ei9 vo
lenti succedere ex testamento matris q̄
testamentū narrare non potuit preuen-
ta morte cum in puerperio decessit ⁊ ali-
os filios coheredes instituit. Daꝛ autē
hec bonorū possessio filio adoptiuo vł ar
rogato volenti succedere patri adopti-
uo vł arrogatori ab intestato decedenti.
Om̄s aūt bonoꝝ possessiōes p̄misse ius
tribuūt. h q̄ sequunꝛ ius nō tribuūt licet
facti sunt.

Bonoꝝ possessio carboniana est illa ꝑ q̄m
fili9 impubes volens succedere in bonis
patris ab intestato tanq̄ ꝓximior. vł rū
pere testamentū ꝑ cōtra tabulas. vel di-
cere ipm nullū ipso iure cū fuerit p̄terit9
⁊ cum obijciaꝛ sibi controuersia bonoꝝ
⁊ filiationis. vel moueꝛ sibi questio stat9
puta ꝙ si seruus petit ꝑ carbonianū pos
sessor instituí ꝑ cōtrouersiā motā de bo-
nis. ⁊ filiationē ⁊ questionē stat9 vsq3 ad
tpa pubertatis sue deferri. Et daꝛ solum
cognitōne luminaria. Require infra car
bonianū.

Bonorū possessio noīe ventris daꝛ mulie
ri pregnanti in bonis mariti in quib9 ꝺm
dignitatem suā sibi ⁊ familie sue alimen
ta constituunꝛ.

Bonorum possessio ex edicto diui adriani tollendo dat alicui volenti succedere in bonis alicuius ex testamento in quo institutus vel inscriptus est ex eo quod ostendit testamentum nõ cancellatum nec abolitum nec in aliqua parte sua abrasum secundum Alber. Et dat volenti succedere ab intestato secundum Gof. quod probat secunda pars rubri. que dicit de scripto herede. Sed rõ Gof. dic contra in sum. Hoc tamen notandum secundum Spe. de bonorum possessione quod bonorum possessiones olim fuerunt vtiles sed hodie sunt inutiles preterquam in quinque casibus. Primus quando viuo testatore posthumus preteritus decessit quasi videatur testamentum ruptum iuris solennitate cum nihilominus heres scriptus ex isto testamento petit bonorum possessionem. vt in. l. posthumus. ff. de in ius rupti. et irri. testa. Secundus est in. l. filius. co. ti. Tercius instit. qui mo. testa. infir. §. ij. Quartus in. l. heres. ff. de decre. ab or. fa. Quintus in. l. equissimum. §. ij. eo. ti. et. l. filius. C. de in offi. testa.

Bonorum possessio ex testamento militis in militia decedentis non datur patri vel auo vel pauo vel econtra contra tabulas. vt. C. de testa. mili. l. ne quidem. et. l. milites.

Bona vacare est ipsa dominum nõ habere.

Bonefidei possessor est qui credit se aliquam rem iuste retinere. Sed malefidei possessor est qui iniuste scit se aliquam rem possidere. vt in reg. possessor. de re. iur. li. vj. et insti. de vsucap. per totum.

Bonefidei emptor dicitur qui ignorauit rem alienam esse vel putauit venditorem habere ius vendendi. scilicet esse procuratorem vel tutorem. ff. de verborum significa. l. bonefidei.

Bos cornupeta est bos qui facile cornupetit. i. cornibus pungit.

Boues nõ continentur sub appellatione iumentorum sed pecudum vel armentorum. ff. de ver. sig. l. boues. vnde si lego armentum continentur boues. ff. de leg. iij. l. seruus. § armento. Sed si lego iumenta non continentur. l. legatis. §. iumentis. eo. ti. et. ff. de edi. edic. l. ediles.

De Br Bu

Breuiter no. Jo. cal. in cõmento suo super decre. cum dilectus. de cau. pos. et proprie. Et Jo. an. de testa. c. j. l. vj.

Breuiloqua hec dictio significat substitutionem que breuibus verbis continet substitutionem cumulationem seu multiplicationem. Etiam breuiloqua est illa substitutiõ qua substitutionis vnius persone ad aliam fit repetitio. Item breuiloqua illas tot et eodem modo significat substitutiones. vt significant eius verba vel queuis aliunde sumpta significata. Et dicitur breuiloqua. id est breuibus verbis fit et breuibus verbis comprehendit plures substitutiones vt not. Accur. et Bar. ff. de vul. et pu. substi. de hoc vide infra. Substitutio breuiloqua.

Brocartica materia dicitur que est contrariarum opinionum rõibus inuoluta.

Brutus dicitur quasi obrutus. quia sensu caret. et est sine ratione et prudentia secundum Isi. vnde brutire. i. infatuare.

Bubulus est magnus et siluestris bos. sed buculus est paruus bos.

Bucus est garrulus qui ceteros oris loquacitate nõ sensu superat. secundum Isido.

Bulla est signum pape vel litera quam dat papa. vel ornamentum regale.

De La

Aducum lega

C tum secundum Azo. in sum. C. de cadu. tollen. est quod deficit post mortem testatoris quacunque rõne. Et quia quibusdam modis et rõibus iniquis. et olim legata fiebant quandocunque caduca. ideo lex ponit vnam rubricam de cadu. tollen. Et differunt pro non scriptum quasi caducum. et vere caducum. vnde legatum pro non scriptum est quando legatur alicui damnato in metallum vel non existenti in rerum natura. puta non noto. quasi caducum est quando nõ omnino cadit. Sed vere caducum est seu dicitur quando legatarius viuit post

morte testatoris. ⁊ supuenit ei cōditio ꝓ
pter quaȝ efficit incapax legati. Sed in
alio casu legat illi qui est in rerū natura
sed morit ante mortē testatoris. Primū
decrescit sine onere. Secunda duo cum
onere.

Calcitrosus equus est q̄ solet calce ferire.i.
pedibꝰ retro se ꝑcutere.

Calculator ẜm Isi.dr a calculis.i. lapillis
minutis q̄s antiqui in manibꝰ habuerūt
cōponendo numeros.

Calculꝰ.i.ꝯputꝰ. C.de erro.cal.l.vna. Itē
id est cause cognitio ⁊ enumeratio.vt.C
de iudi.l.rem nō nouā. Itē.i.sentētia dif
finitiua. C.de ap.si actor.vide aliq̄d cal
culo de fide instru.cū dilectꝰ.

Calumnia ẜm Hostien.in sum. est cuȝ q̄s
ex certa scia iniuste agit vel resistit.ff. ad
turpi.l.j. §.calumniari. Uel est petitio i
iusta ex certa scia in iudicio facta. ⁊ iuste
petitioni iniusta responsio.vl' est falsa cri
minis impositio.ff. de v.sig.l.j.in pn.⁊.l.
si q̄s calumniet.

Calamitas est infelicitas vel miseria que
euacuat omni bono. vel est pena vl' la-
bor immensus.

Calūniator est q̄ scienter alicui falsa crimi
na imponit vexandi occasiōe Ul' ẜm Isi
do. Calūniator a calūniando.i. frustran
do vel decipiendo dictꝰ est. Et inde dici
tur iuramentū calūnie.s. vitande. Et est
assertio vere petitiōis vl' repulsiōis ẜm
Hos.cū q̄s iurat se bona fide ⁊ nō calū-
niandi aīo causam mouisse. vel ꝙ vene-
rit ad reluctandū putans se bona iusti-
cia vti. C.de iura.calum.l.ij. §.j. Et ha-
bet q̄nq; capitula.vt.c.j.eo.ti. vbi v̄sus
dicit.de hoc in glo. Et q̄ calūniose accu-
sat debet officio ⁊ bñficio priuari ⁊ in exi
lium deportari.c.j.pall'. Idem no.cy. in
l.sciuerit.de excu.tu.

Calumniari ẜm Azo.in sum. C.de calū.est
falsa crimina scienter intentare ⁊ alicui
opponere vel imponere. Et ex eo ꝙ quis
nō ꝓbauit crimē calumniari videt.licet
tex.videat sonare in ꝯtra. ꝙ talis nō sit
calumniatus.ij.q.iij. §.notandū. vbi di-
cit.calūniari est falsa crimina intentarē
seu intendere. Preuaricari vo crimina
abscondere. Tergiuersari in vniuersum
ab accusatiōe desistere. Sed nō vtiq; quis
nō ꝓbat qđ intendit calūniari protinus
videt similis tex.in.l.j.ff.ad senatuscon.
turpil.

Cancellariꝰ nomē accepit a cācellando.

Cancellare em̄ est lineā ducere vel dānare
vñ lr̄a vl' scriptura q̄ damnat cum linea
ꝑ mediū ducta dr cancellata. Et inde dr
cancellariꝰ cuiꝰ officiū est rescripta vl' re
sponsa imperatoris ⁊ mandata inspice
re ⁊ male scripta cancellare. ⁊ bñscripta
cū signaculo suo signare ⁊ sigillū eis im
primere. Inde etiā venit archicācellari
us q̄si princeps cancellarie ẜm Azo.in
sum. Differunt aūt cancellare ⁊ suppun
ctare. q2 cancellare est lr̄aȝ linea ꝑ medi
um ducta damnare. Sȝ suppunctare est
lr̄as punctis suppositis damnare.

Calliditas. Reqre.j.dolus malus. Est em̄
calliditas dolus adhibitꝰ tacendo vt no.
ff.de do.ma.l.j.in glo. Inde callidꝰ.i. fal
lax vel astutꝰ.

Caligatꝰ.i.miserrimꝰ. Inde caligatꝰ miles
dr q̄ habet ferreas ocreas vl' caligas de
coreo. Etiā idem est qđ infirmus vel ob
scurus. Has expositiōes facit glo.in.l. a
caligato. C.de nup.

Canonia est ius quod ꝓuenit ex electione
⁊ receptione in fratrem vel est ius perci-
piendi fructum p̄bende siue redditꝰ.c.re
latum.de p̄ben.

Canonica monitio est q̄ñ interuenit citatō
cū tribꝰ monitionibꝰ.vl' vna ꝑemptoria
tres ꝯtinens. de qua in.c.ꝯstitutionē. de
sen.excō.libro.vj.

Canonica portio de canone deputata eccle
sie parrochiali d' relictis parrochiano de
functo illi ecclesie vbi elegit sepulturam
cū alibi ꝙ in parrochiali elegerit eaȝ. Et
ẜm varias cōsuetudines alia ⁊ alia. Nā
alicui medietas.alicui tercia.alicui quar
ta dat.de sepul.c.certificari.

Canon grece est regula latine.iiij.dis.canō
Et in vna significatiōe est id qđ in conci

rio generali vł ꝓuinciali statuit. ⁊ sic ca
pit de cõstitu.c.canonū statuta. In alia
significatione videt esse id qđ ab emphi
teota de re emphiteotica soluit. ⁊ sic vi-
det sumi ab Azo.in sū.C. de iur.emphi.
ꝶ.ex hoc aūt ꝯctu.Etiā đr illud qđ sumi
tur ꝓ pedagio vł vectigali.ff.de publi.et
vecti.Et nota ꝙ qñ papa vult cõdere ca
nones pñt epi cõtradicere ꝙ nõ cõueni-
unt ꝯsuetudini regiõis eorū.di.iiij.Erit
aūt lex.⁊ nota.in.c.seq.in ꝟsi.iudicē. vbi
q̄rit an sententia pape ꝑualeat sentẽtie
epoꝝ.Et ꝙ non.qꝛ orbis maior est vrbe.
xciij.dis.legimꝰ.post mediū.⁊ ibi glo. ꝙ
statutū cõcilij ꝑiudicat statuto pape. ar.
contra ibidē.

Canon largitionariũ tituloꝝ ē summa tri
buti ⁊ ꝑstat de regulari ꝑstatõne a ꝓuin
cialibꝰ fisco.Et dicunt tituli ex speciali-
bus titulis.i.litteris breuibꝰ cauta legū-
tur.vt.C.de iure fisci.l.pe.⁊.C.de anno.
⁊ tribu.l.iij.§.acceptiões.⁊.l.j.de cano-
ne largi.ti.li.x.ꝭm Accursi.

Canon frumentariꝰ vrbis romanē est cer-
tus numerus mensurarū frumenti q̄ sin
gulis annis metebant rome. l.j.⁊.ij. eo.
ti.li.xj.qđ erat etiam de oleo. Et ꝯtra h
non licebat alieni bñficiū vel indulgenti
am aut ꝑuilegiū impetrare ⁊ impetratū
nõ valuit.vt ibidē đr. Itē canonū q̄daꝫ
est late sententie.q̄dam ferende. Et pri-
mus exprimit ꝑ verbū innodatꝰ vł eo-
ipso.Secūdꝰ ꝑ verbū innodet.vt ē glo.
in.c.q̄cunqꜫ de here.li.vj. Iteꝫ canon ha
bet sub se quatuor spēs.xxv.q.iij. si quis
dogmata.

Canonia ē nomen tituli ⁊ iuris. ꝑbēda ꝟo
nomē facti ⁊ cadit in extraneū.vt no.In
nocen.in capi.cum.m.de cõsti.Quere in
fra ꝑbenda.

Capere est ita accipe ꝙ id qđ capis tuū fi-
at.Vñ aliud est capere et aliud accipere
qꝛ capere est cū effectu qđ secū remansu
rū est.iõ nõ videt q̄s capere qđ erit resti
tuturꝰ.sed accipere est si q̄s nõ sic accipi
at vt hēat.⁊ sic accipere potes illđ qđ nõ
fit tuū accipiendo.rubri.j.C.li.x.⁊.ff. de
verbo.signi.l.aliud est capere.

Capiendis.i.distrahendis pignoribꝰ tribu
torū.Req.j.pignꝰ tributa.

Captio.i.deceptio. Inde captiosum. ⁊ est
deceptoriū vel deceptiosū aut dolosū. vt
notat Iohan.an.de offi.deleg. si duo.li.
vj.in glo.j.in fine.

Captio causa mortis alias capio ꝭm Azo.
est quando ꝑ mortem alicuiꝰ occasio ca-
piendi obuenit alicui.exceptis his capi-
endi figuris ⁊ causis que certis ⁊ ꝓprijs
nominibus nuncupant.vt hereditas le
gatum ⁊ fideicommissum.qꝛ scilicet ta-
lis captio vel capio non incidit in natu-
ram acceptionis hereditatis legati vł fi
deicõmissi.Et cā mortis capio ꝭm Azo.
in sum.C.de dona.cau.mor. Est cuꝫ post
mortem alicuius aliquid dat alicui cau
sa cõditionis implende vel aliquid pro-
uenit ad aliquē mortis occasionē.nec tñ
aliquo certo translatiõis vel acceptiõis
nomine nuncupat.Verbi gratia. Fun-
dum tibi cõmisi vt titio dares. cū tu post
mortem meā nõ haberes fundū, dare ti-
tio dedisti sticho.qui forte est heres. ⁊ sti
chus tunc cā mortis capit cum fundꝰ ei
donat cā morꝗ.qꝛ donatio merā obtinet
voluntatem vel libertatē ⁊ nõ emptā vł
conditionatam.

Capitio.Req.supra Annona.

Capitatio ciuiū cēsibꝰ eximēda capitatio.
id ē cēsus capitis.vñ dicebant ciues ro-
mani ꝑ excellentiā exempti ⁊ q̄dā orien
tales ꝓuincie.l.vnica.C. eo.titu. lib.xj.
Quidā tamen dicūt ꝙ loquit illa lex in
plebe cuiuslibet vrbis capitiose ꝑ h qđ
dicit excipit.

Capite censure đr q̄ dat censum ꝓ capite.
C.in in.qui cau.colo.cē.domi accu. pos-
sunt.li.xj.

Capitalis inimicꝰ q̄s dicat vide Accursi.
ff.de arbi.l.licet autem.in glo.iij.⁊.ff. de
testi.l.iij.§.ij.in glo.⁊ Bar.ff.de quest.l.
j.si q̄s dicat.

Capitulū vno modo est locus vbi res capi
tales firmant.Scđo significat lectionē
Tercio distinctiõnē.vt ille habꝫ q̄uqꜫ ca

pitula. Quarto significat ꝯgregationem multoꝝ. ⁊ ꝑcipue viroꝝ ecclesiasticoꝝ. ⁊ no. Jo. an. in. c. capitulū de rescriptis.

Captiui ⁊ postliminiū reuersi. Re. ifra postliminiū.

Capitis diminutio est status ꝯmutatio. vt qn̄ liber efficit̄ seruꝰ. Et est triplex diminutio capitꝭ. s. maxima. media ⁊ minima Minima capitis diminutio est qn̄ quis nec ciuitatē in qua morat̄ nec libertateꝫ amittit. ſ tm̄ patit̄ cōtra se status cōmutatiōeꝫ vel minorationē circa familiā. vt q̄ iuris sui est. alieno iuri incipit esse subiectus. veluti ꝑ arrogationē. aut cū quis emancipat̄ q̄ primo erat in aliena potestate. Et debet intelligi ꝑdicta ꝑscriptio cū ꝯmutat̄ status hominis facto eiꝰ interueniente. vel in cōdemnando vel in emancipando vel arrogando. vel adoptando. vel etiā in reuocando ex ingratitudine. vn̄ licet patre alicuiꝰ mortuo mutet̄ eiꝰ statꝰ. qꝛ sui iuris est factꝰ. nō iō capite diminutꝰ est. Et status hic ponit̄ ſꝫ Azo. ꝓ ciuitate ⁊ libertate. vel ciuitate tm̄. vel patria potestate. seu ꝓpria potestate. aut media. Tria em̄ sunt q̄ habet hō. scꝫ ciuitas. libertas ⁊ familia. ⁊ ſm h̄ tria sunt tres capitis diminutiones. Media capitis diminutio est. cū salna libertate ciuitas amittit̄. vt cum q̄s deportat̄ seu relegat̄ ad exiliū ꝑ quinquenniū. vl̄ bannit̄ Maxima capitis diminutio est cū ciuitas amittit̄. nec libertas retinet̄. vt cū deportat̄ q̄s in insulā ⁊ seruus efficit̄ aut in metallū damnat̄. ⁊ sic etiā bannit̄ in opus metalli. vel. si maior. xx. annis patit̄ se venūdari ad ꝑciū participandum vel si manumissus in seruitutē ex ingratitudine reuocet̄. Pena aūt dānandi in metallū hodie locū nō habet. vide insti. de capi. diminu. ꝑ totū. ⁊ Spe. ti. ꝺ tuto. §. tutela.

Capsarij dicunt̄ q̄ in balneis vestimēta suscipiunt custodienda. Uel aliter sunt illi q̄ portant alijs libros ad scolas.

Carbonianū. Reqre supra Bonoꝝ possessio carboniana. Vn̄ ſm Azo. dicit̄ a carbonio inuentore vel auctore. Et dat̄ solum nato ⁊ nō nascituro i quo differt ab edicto de ventre in possessionē mittendo qꝺ subuenit nascituro.

Carbonū appellatione q̄d cōtineat̄. vide ff. de ver. signi. l. carbonū. vbi appellatione materiati nō cōtinet̄ materia. vt appellatione libroꝝ nō carte. ff. de leg. iij. l. librorū. §. q tamen. Nec econtra appellatione materie continet̄ materiatum. l. seruus. eo. ti. Et sic non continent̄ ligna ad coquendū. vl̄ calefaciendū. qꝛ nō sūt carbones.

Cartularij iudices dicebant̄ olim illi q̄ ab imperatore habebant potestatem iudicandi ⁊ illos solum q̄ coram eis eligebāt litigare. ⁊ poterant eligere sine consensu ꝓriorū iudicum. sicut traditur in glo. l. j. ff. de iudicijs.

Carthophilacia est armariū vl̄ locꝰ in quo carte reseruant̄. Et ꝺꝛ a carta quod ē instrumentū vel scriptura. ⁊ philaxe cōseruare. quasi ⁊c̄. vt no. c. j. de proba. ⁊. c. ij. xc. distinc.

Carta seu instrumentū seu rescriptum dicit̄ falsa seu falsum bene quattuordecim modis. vt nota. in. c. in memoria. distinc. xix. in glo. verbi falsa. Primo ex dicto vl̄ tacito. Secundo scripto. Tercio facto. Quarto sine testibus. Quinto per subscriptiones varijs manibus notatas. Sexto per alienum sigillū dum ꝓprium habeat. vt ibi.

Caracter ꝓprie est signaculū quoddā quo aliud insignit̄ vt ordinet̄ in aliquem fineꝫ. sicut caractere insignit̄ denarius ad vsum cōmutationis. Et milites caractere insigniunt̄ quasi ad militiā deputati. Homo autē fidelis ad duo deputat̄. ad fruitionem glorie. ⁊ ad hoc insignit̄ signiculo gratie. Apocalip. vij. Nolite nocere terre ⁊ mari. quoadusq̄ signemꝰ. Secundo anima fidelis deputatur ad recipiendum vel tradenduꝫ alijs que pertinent ad cultū dei. ⁊ ad hoc insignit̄ caractere sacramentali. id est. signo indelibili anime impresso.

Carena dicit a carentia hominū vel cibariorū.nā p quadraginta dies ieiunāt i pane τ aqua.τ includunt in aliq̄ secreto loco iuxta ecclīam vbi nō habēt cōsortium hoim.vt notat Bern̄.in.ca.accusasti.de accu.Et simile no.glo.in.c.ij.de spon.

Carrucarij scisorij et atriarij idem sunt. videlicet serui τ custodes atrij.

Cardinales dicti sunt a cardie.q2 sicut hostium regit a cardine.sic p eos regitur ecclesia vniuersalis.xxxiij.distin.presbyteri.Dicunt etiā quādoq3 cardinales.id ē principales.quia per eos debet officiu3 in ecclesia regi.

Carnificare est carnes facere sc3 mactare. Inde carnifex qui carnes facit τ vendit de appella.significāte.Etiā homicide solent dici carnifices.vt glo.iiij.in cle.j.de vi.et ho.cleri.

Caselle sunt granaria in quibus fruct9 cōponūtur.ff.de iudi.l.j.τ dicit quasi cellule granariorū.alias granorum.

Castellus ḃm Alberi. vel castellum ḃm alios dicit ḃm Spe.receptaculū qđ aqua3 publicā suscipit que ducitur ad aliqđ p̄dium irrigandum.Require infra interdictu3.de aqua cas.edu.vt.ff. de aqua coti.τ esti.l.j.§.equissimū.Alias.id est castrū.ff.de lega.ǯ.l.titia.§.finali.

Castrum si vendat iuspatronatus ei annexum accidit.secus si vendo pallaciū vbi est ecclesia vbi habeo iuspatrona.de hoc vide Inno.in.c.ex literis.de iurepatrona.et Hosti.in summa. de iurepatrona. §.qualiter.ij.q.vij.accusatio.

Cassitare ē minutatim vel minime stillare

Castrense peculiū.Requi.infra.peculiu3.

Cathedra ḃm Hug.est grecum.τ ponitur pro excelsa sede iudicis presidētis.τ dicitur a cathos.id est sedes.τ edra sponda quasi spondata sedes.Et ponitur etiam p sede doctoris.ita dicit glo.in cle. dudum.de sepult.τ allegat ibi grecismum. Unde.Rex solium.doctor cathedrā iudexq3 tribunal.

Cathedraticum est qđ soluitur annuatim episcopo a suis clericis sue diocesis in signū subiectiōis vel obediētie.τ etia3 sustētationis. τ est duorū solidorū.vt.x.q.iij.placuit.τ de offi.ordina. cōquerente. Et dicit cathedraticū.quia soluit ad honorē cathedre episcopalis.x.q.iij.c.j.τ n̄ debet exigi vltra antiquū morē.ea.q.nec numerus.Per qđ colligitur q̄ pōt currere p̄scriptio in quātitate cathedratici. c.olim.de censi.sed totaliter nō p̄scribit quin soluat ḃm no.Jo.theoto.xvj.q.vij quicunq3.Et vide archidy.c.j. de p̄hen. li.vj.vbi contrariū allegat Gof. et hug. xiiij.q.ij.in prin.

Cathecisare est imbuere. docere seu instruere vel b̄ndicere.Inde cathecismus.na3 ante baptismū instrui debent baptizandi in fide.τ p̄cipue adulti.de conse. dist. iiij.ante.xx.ita nota glo.in.ca.per cathecismū.de cogna.spiri.li.vj.

Cathecuminus instructus dicitur. vel qui baptizari p̄ponit medio tpe simbolū dei discens.xlviij.dist.§.j.τ.c.quoniā multa.Uel dicitur audiens.eo q̄ doctrinam ante valuas ecclesie audiat cū suscipere velit baptismū.

Cathologus est superior pars molēdine. ff. de fun.instruct.l.cū delamonis.

Castrametor.id est pono.figo.vel diuido. castra.

Cathomus est flagellum ex virgis factum in modum scobe.τ tali vtuntur religiosi in capitulis.

Cautio hec dictio ex p̄prio significato significat nudā p̄missionē ex qua inducit firma obligatio.C.de verb.signi.l.sancim9 vt quis tenet cauere de euictōe de vitijs τ morbis.Et intellige nudā a fideiussoribus τ pignorib9.sed nō a stipulatiōe.nā astrict9 cauere.debet a stipulatōe cauere vt obligatio sit firma.l.penul.§.docere. ff.ne q̄s in ius voca.se. vi. eximat. et de cleri.nō reside.c.relatū. Qn̄q3 significat cū pignorib9 vl' fideiussorib9 quādo hoc aliud verbū ei adiunctū declarat.vt mādaui p̄curatori vt recipiat ydoneā cautionē a debitore.alias nō darē dilationē. ibi cautio ītelligit cū fideiussorib9 vl' pi-

gnorib⁹.l.si mãdato.§.fi.ff.mãda.¶Ratõ significati sumit̃ ex verbo idoneã qð ap ponitur vt addat ⁊ fortiorẽ cautionẽ exprimat qualis nõ esset p stipulationẽ solam. Jtẽ pretor ibi iubet pro collatõe bonorũ facienda recte caueri.vt.l.j.§.iub3 ff.de collatio.bono.significat cũ fideiussoribus vel pignoribus.vt.§.caueri.ea.l.⁊ hoc ratiõe verbi recte. Quandoq3 significat cũ fideiussoribus ⁊ nõ cũ pignoribus quãdo cautio de procuratore exigitur.l.j.de pcura.per.l.ptorie.ff.ð preto.stipulati. Et hec ẽ cautio pretoria requirens fideiussores ex lege positiua ptoris palle.que est facta pter honestatẽ iudicij.vt em puisio legis aliquid operet̃ et nõ inutilis sit.l.si quãdo.ff.de lega.j.tũc ex iusta causa quãdo debitor bona dilapidat iudex facere d3 q cau eat creditori

Cautio est generale nomen omniũ securitatum quotiẽs quis securus redditur de eo qð sibi promittit̃. Vñ. Cautio priuata cum trino teste notata. Hoc ius ẽ nacta qð cautio publice facta. Et diuiditur in multas spẽs.quia alia est cautio hypothecaria.alia cyrographia. Et possũt dici satisdatõnes.etiã cautio dicit̃ carta in qua scribitur cõputatio vt Luce.xvj. Accipe cautionẽ tuam ⁊c̃.

Cautio rati danda est cum de mandato dubitat̃. C.de procur.l.j. Et dicit̃ illa securitas que requirit̃ a pcuratore actoris p dño cui⁹ noie agit qð ratũ habebit oẽ illud quod in iudicio per illũ factum fuerit.vnde cauere de rato vel satisdare ẽ procuratorẽ actoris pmittere velle perseuerare vsq3 ad finem litis.

Cautio fideiussoria est qñ interuenit fideiussor pncipali obligatiõi. Et dicit̃ satisdatio.⁊ he sunt multe. vt de lite psequẽda iudicio sisti.iudicatũ solui.⁊ de rato.

Cautio fidei pprie interuẽtu.dicit̃ que fit p fidẽ prestitã sine solennitate iuramẽti.

Cautio iuratoria est qñ cõpromissio iuramẽto firmat̃.vt qñ iuro solẽniter me debere aliqd vel impleturũ promitto.

Cautio nudo pacto est cũ aliqs fidẽ tantã habet de me q cõtentus sit nuda pmissione mea. Et hoc pprie dicit̃ pollicitatõ vel pollicita cõuentio. Unde vere ⁊ proprie dicit̃ satisdatio ⁊ satisfactio dici põt Sed satisdatio pprie est cũ duo paciscẽtes duas scripturas sub eadẽ forma verborũ inter se cõficiũt ⁊ mutuo tradũt.⁊ pollicitatio et satisdatio cautele dici pñt pprie loquendo.

Cautio pignoraticia siue hypothecaria est cũ pignus tradit̃.aut hypotheca supponatur.⁊ dicit̃ etiã satisdatio.

Cautio de euictione dicitur quãdo securitas prestanda vel prestita emptori a vẽditore sit ea cõditione vt si ab eo euincatur vẽditor ei restituat extimationez rei in duplũ vel in simplũ prout inter eos p us cõuentum est.

Cautionũ aũt alie multe pñt eẽ species p ut ad diuersas materias applicãtur. vñ Spe.in tractatu libel.titu. de pignorib⁹ §.sequitur vbi quasdã alias species cautionũ psequitur.

Cautio ð damno infecto est que prestatur cum tua domus ruinosa ruinã minatur domui mee.vel etiã prestatur ꝫm quosdam cũ timeo q aliquis mihi insidietur possum agere vt mihi prestet cautionez ne me offendat.

Cautio de opere moliẽdo qua3 prestat ille quãdoq3 cui nunciat̃ opus nouũ scilicet q ipsum opus demoliatur si constiterit eum iniuste edificasse.

Cautio de vsufructu in qua de duob⁹ cauetur sc3 q vsufructuarius re nõ male vtatur ⁊ q etiã vsufructu finito restituat qð ex re ipsa supertat.

Cautio qua heres cauet ipsi legatario cu3 heres dat fideiussores legatario delegato prestando.

Cautio qua legatarius cauet heredi ẽ illa qua legatari⁹ satisdat heredi. vt si falcidia locum habeat q amplius noie legati recepit q3 ratio legis falcidie patit̃ id heredi restituat.

Cautio arrogatorũ qua arrogator stipulatur seruo publico q restituat arrogato q̃

ab eo habuit. vel ab eis ad quos puentura sunt. ꝛ ꝙ dabit sibi quartã partem de bonis suis si eum sine causa emãcipauerit seu exhereditauerit.

Cautio qua cauet ei cui restitutio fieri debet per quã rogatus restituere bona alicui⁹ si sine liberis decesserit ꝗcq̃d p⁹ mortẽ de hẽditate extabit cogit caue illi cui dz fieri restitutio ꝙ seruabit ei q̃rtã ptẽ.

Cautio muciana a Mucio iuriscõsulto dicta est. Et habet fieri In vltimis volũtatibus. Et cõiter ẽm doc. nõ in cõtractibus ꝛ fit in cõditionib⁹ negatiuis. puta sic dicẽdo. Si titius capitoliũ nõ ascẽderit. si seruũ nõ manumiserit. lego ei. x. l. muciane cautionis. ff. de condi. ꝛ demon.

Cautela est diminutiuũ a cautiõe. ꝛ tñ quã ꝙ supabundantiã importat. vt cũ dicit abundãs cautela nõ nocet. l. testamento in fi. C. de testa. quinq3 que pter cautelã fiunt no. arcbidia. i. distin. psbyteros. Inde cautelosus. i. prouidus. circũspectus. vel plenus cautelis.

Caupo quid sit patet infra in dictione stabularij. in fi.

Catulus. i. sapiẽs media pducta. Sed media breuis est anial. vñ. Est anial catul⁹ fruitur ratione catulus.

Cauillatio est qñ ab euidẽter veris transit ad euidẽter falsa p quãdã verborũ inuolutiõ3 vl' sophisticã. c. venerabil'. de iudi.

Causa est ex q̃ aliquid pducit. vt pater est causa filij ꝛ cõtractus causa obligatiõis l. ꝛ an eã. §. actiones. ff. de accepti. rei iudi. Itẽ causa ẽ finis ex quo impulsio datur faciende dispositioni. ꝛ ita sumit in ti. de cõdi. ꝛ demõstra. ꝛ causis ꝛ modis earũ. Ubi patet ꝙ causa differt a modo q̃ est de futuro: ꝛ a cõditiõe que est ꝺ futuro. ꝛ suspẽdit etiã a demõstratiõe que tm̃ declarat re3 vel psonã. verbi grã. Patronus põt cõpellẽ bertã vt nubat vt ciuitates repleantur. Iste finis. vt ciuitates repleãtur est causa cõdende legis. iõ dicit ꝙ cessante causa cessat lex. vt. l. adigere. §. quis. ff. de iur. patro. Et vtimur pmiscue illis verbis. cessante cã legis vl' cessante rõne legis. Differũt tñ causa et rõ. q2 rõ est oculus cordis discernẽs rem p mediu3. Sed cã est qđ in facto accidit p qđ rõ discernit quid iuris. Dicit etia3 causa efficiẽs in. l. cõditor legis in cõtractibus cõtrahẽdis.

Causa materialis in legibus est materia ꝺ qua in illis disponit. Et cã formalis est modus tractãdi. ꝛ forma cõtrahendi vel disponẽdi que addit cõtractui vel dispositioni. Dicit etiã causa instrumẽtalis vt est instrumentũ artificis. Et breuiter ꝗcquid ad asse alicuius rei concurrit cã dr aliter ꝛ aliter tñ. Et significat causa per dictionẽ si. vt dicẽdo dono vel lego illi si negocia mea gesserit. l. demõstratio. §. j. ff. de cõditio. ꝛ demõstra. Itẽ p dictionẽ. q2 insti. de le. §. lõge magis. Et p dictiõe3 qm̃. nam exponit p quia. Itẽ significat causa in dictiõibus illatiuis. vt dicendo Ticius negocia mea gessit ideo vl' idcirco sibi lego. Item in dictiõe cũ. vt dicendo. Cũ ticius negocia mea gesserit lego sibi ꝛc. Etiã in dictiõe siue. vt siue ticius negocia mea gesserit siue aduocatus fuerit ꝛc. Item in ppositone pro. vt ibi lego vineas p alimẽtis. l. fi. §. j. ff. de ali. et ciba. lega. vñ sensus est ꝙ ex causa alimẽtorũ lego vineas. Itẽ significat causa p dictionẽ noĩe. vt dicẽdo lego vxori q̃dragita noĩe dotis. l. cũ q̃dẽ vxori. ff. ꝺ lega. ij.

Causa dicit a casu q̃uenit. nã causa est materia ꝛ origo negocij necdũ discussiõis examine patefacta. que dũ ponit causa ẽ cũ discutitur iudiciũ. cũ diffinit iusticia. c. forus. de verb. signi. vbi Berñ. dicit in glo. Causa est res in dicẽdo posita cũ interpositione certarũ personarũ. sc3 actoris rei. iudicis. ꝛ testis. ꝛ dicit a casu. q̃a casualiter occurit pter hominũ voluntatẽ. Et differũt causa ꝛ actio. nã cã est negociũ vel ptract⁹ ex q̃ q̃s mouet ad petendũ vel litigandũ vt est vẽditio vel locatio rei ex qua orit obligatio. ꝛ est cã pxima obligatiõis q̃ obligatio parit actõ3 cũ obligatio mr̃ sit actõis Et ẽ duplex cã sc3 pxia ꝛ remota. q̃ differunt in actione

reali ꝛ ꝑsonali. nā in personali remota ē ipsum factū. proxima est ipsa obligatio. ꝛ in personali nō sufficit exprimere cām proximā. dicēdo ago cōtra te. q꞉ obligaris mihi in decem. sed oportet exprimere causam remotā. vt dicendo. cōuenio te. quia mutuaui tibi decē. In reali ꝓxima causa est dominiū. Sꝫ remota est ex qua ꝓsequit̃ quis dominiū. ꝛ non est necesse exprimere remotā. vt dicēdo ago contra te q꞉ emi domū a Bernardo. sed sufficit exprimere ꝓximā causam. dicendo. ago cōtra te. quia sum dn̄s domus illiꝰ. ꝛ hec no. in glo. ꝛ ꝑ doc. in. c. dilecti filij. ꝺ iudi. De diuersis spēbus causarū vide bonaꝫ glo. xj. q. j. in sum. Est em̄ quedam causa spūalis vel annexa spirituali. vt illa que fit de iure patronatꝰ. quedā ciuilis. vt cū agitur suꝑ rei vendicatiōe in causa pecuniaria. quedā criminalis. vt cū agitur directe de crimine. quedā mixta. vt cū agit̃ de crimine ciuiliter. vt de adulteris ad seꝑationē thori. In his tribus vltimis casibus iurat̃ ꝺ calūnia. in primo nō iurat̃ de calūnia. sed tm̄ de veritate dicēda.

Cause criminales dicunt̃ in q̄bus agit̃ ad vindictā siue ad penā. ꝛ hoc etiā dr̃ qn̄qꝫ agi criminaliter. qn̄ agit̃ ad vindictaꝫ publicā. qn̄qꝫ dr̃ agi ciuiliter qn̄ agit̃ ad penā ꝑ modū inq̄sitionis. denūciationis vel ad interesse ꝑtis ꝑ viā accusationis.

Causa minima est duorum aureorū vel decem aureorū. vel q̄nquaginta solidoruꝫ. vel illa que non sufficit ad sumptꝰ iudiciales.

Causa autē argumēto. scꝫ naturalis ratōis constat aut probatiōe testiū vel tabulaꝝ ꝛ instrumentorū. c. forus. de verb. signi. Facit em̄ probationē confessio. vt ibidē no. in glo. j.

Cause fauorabiles sunt quattuor. scꝫ de libertate. matrimnnio. dote ꝛ testamento c. duobus. de re iudica. ꝛ de causa notat Pau. in cle. dudum. de sepultura. super verbo causis. et Jo. an. in. c. cum dilecti de accusa.

Causor. aris. id est cōqueror.

De Ce

Cedendarū actionū bn̄ficiū est ꝑ qꝺ postulare possum fideiussores. Et alij q̄ obligati sunt in vna obligatione sibi cedi in alia cōtra fideiussores. ꝛ alios q̄bus sūt obligati. alioquin nisi cedatur eis possūt recusare solutiones. vt insti. de satisda. § si autē. ꝛ. C. de solu. l. stichum. vel pamphilū. §. penul. De hoc vide in Spe. tit. de renunc. §. finitis. versi. postremo dicēdum. De beneficijs ꝛ alijs. require ibidē §. parum autē. versi. et nota. et vide infra renunciatio.

Ceda idē est qꝺ carta. in̄ cedula ꝑua carta.

Cedere bonis est ab vniuersitate bonoruꝫ suorū recedē. ꝛ eis abrenūciare veluti qn̄ aliq̄s oneratus debitis vel obligatus est pluribus nō habens vnde soluat vel satisfaciat omnibus creditoribꝰ abrenūciat bonis suis vniuersis cedēs illis. vide infra cessio. Etiā cedere est vēdere. l. si dubit̃. ff. de fi. instru. Et hoc nota pro statutis. Et cedēs bonis nō liberat̃ etiā a ciuili obligatiōe. l. q̄ bonis. ff. de cessi. bo. vbi notat Accur. licet cōtrariū tenuerit glo. ꝛ male. in. l. vbicūqꝫ. ff. de fideius. Itē nō auditur debitor fisci vl̓ reipublice volēs cedere bonis ꝧm Bart. in. le. is q̄ bonis. ff. de cessi. bo. q̄uis videat̃ tenere oppositū in. l. iij. iuncta glo. C. de cessi. bo. Et beneficio cessionis renūciari nō potest ꝧm Bar. l. alia. §. elegāter. ff. solu. matr. licꝫ. Cynus videat̃ tenere cōtrariū. in. l. j. C. qui bo. cede. pos. Et bonis cedi pōt non. tantū in iure ꝭ etiā cōtra ius. ꝛ sufficit ꝑ nunciū ꝛ per epistolā id declarari. l. fi. ff. de cessi. bo.

Cedere actiōi est ius actiōis mihi cōpetētis i aliū trāsferre. ꝛ ip̄m q̄si in locū meū ponere. ita vt dicta actione possit vti aduersus eos ꝯ q̄s actio tal̓ poterat itētari

Cedere diez est incipe diē debiti vt si mihi promiseris centū si Titius factus fuerit cōsul vel ep̄s vel si nauis ex asia venerit cū he cōditiones extiterint. tūc dicit̃ dies obligationis cedere. vl̓ diē cedere de-

biti est pecuniā incipere deberi vt si debe as mihi cētū in festo Johis baptiste.ad ueniente festo dicit venire dies debiti.l. cedere diem.ff.de ver.signi.

Celicole dicūt illi qui celū vel planteas ce li.id est solem & lunā & stellas quasi deuz colūt.Et hi licet xpiani sunt.vel non. tn̄ nō sunt tenēdi in plena veneratiōe xpia norū.sed nec ceterorū hereticorū penas pati debent ſm leges.vt.C.de iude.& ce li.l.celicolarū.& quasi p to.ti.

Cella a celando.id est occultādo dr.ca.pri uilegiū.de verb.signi.in glo.v.

Celebs dicit esse ille qui nō vult cōtrahere matrimoniū.Et hic ſm Azo.forte orbus dicebat.quia sine mr̄imonio & sine libe ris erat.Et illi olim nō poterant cā mor tis donare.qđ hodie p leges corrigit. vt patet.C.de infirmandis penis celibatꝰ & orbitatus.Dicitur autem celebs qua si celo beatus.quia talis est ſm Isidorū qualia sunt lumina in celo. que absq cō nubijs sunt.

Celibatus venit inde.& ē status vel modꝰ pmanēdi seu viuēdi sine cōiugio. Unde put dicunt theologi celibatus Johānis id est virginitas vel castitas nō prefere batur cōiugio Abrahe.

Cemētarij dicunt operatores muroꝝ idez qđ latbomi qꝛ cemēto calcꝫ & arene vtūt

Cenaculū est locus aptus ad cenandū vel comedenduz quo qs magis de die q̄ de nocte solet residere causa refrigerij.

Cenotaphiū ē inane sepulcrū.i.monumen tū sine corpe.qđ cōstat ad memoriā defū cti.hūc aūt locū placꝫ eē religiosuz sicut in ea re testis est Uirgiliꝰ.Sed duo fra tres Anthoniꝰ & Seuerus cōtrariū scri pserūt quoꝝ sententia p̄ualet.vt.ff.đ re. diui.l.intantū.§.finali.

Cenobiuz est locus religiosorū.& dr a cenō id est cōmune.quia ibi omia debent esse cōmunia.c.cū dilectus.de consue.

Censere ē iudicare.iudiciū cōstituere.pcipe re.vt no.Jo.an.in glo.vbi censemus. in cle.j.de cōces.pben.ff.de v.sig.l.cēseri. in̄ nomē cēsoris sumptū est.pdia etiā dicū tur cēseri.qꝛ cēsum p̄bēt.Etiā cēseri ē in cēsura cōscribi.vt.C.in q̄.cau.pig.c.l.j.

Censores a censu eris.i.pecunie sunt dicti qꝛ cēsum etiā tollūt.Cū eīn auctus esset census in vrbe romana adeo vt cōsules nō sufficerēt cōstituti sunt cēsores. & cen soris nomē videt esse tractū. qꝛ senatuz aliq̄d censuisse dicimus.i. cēseri prealle. Itē censor est iudex.inde cēsura.i.iudici um.et p censurā ecclīasticā significat int dictū.suspensio.& excōicatio.c.querenti. de verbo.signi.Etiā censores romanos pcuratores dicimus.

Censite dicunt q̄ censent.i. cēsum p̄bent. Requre.§.agricole & cēsiti.& ifra colonꝰ.

Census tributū & pensio publica idē.vt.C q̄ cau.pig.cōtra.l.j.&.C.si pter pensionē publicā.l.si accipit.Unde census idē est qđ pensio que soluit de puentibus.

Censitor est q̄ recipit p̄ūtatiōes collectorū coloni & pignoris iure vēditis p̄diū si cē sus nō soluit.vt.ff.de censi.l.forma. §.il la.&.l.cū possessor.§.cū pro pecunia.

Cenodoxa est vana gloria mūdi.

Centenarij dicunt duces vel magistri cen tū militū quorū potestas dr centena.

Centurio idem.

Cessio est iuris & actiōis translatio.nam p cessionem iura & actiones in eū cui cessi trāsferūtur.qꝛ sicut in venditiōe vl' quo libet titulo alienatiōis rei corpalis neces saria est traditio.quātū a d dominij trā slationē.Ita ad trāslationē rei incorpa lis.s.iuris & actiōe vtimur cessiōe que re putat pro traditiōe. Item cessio scđm Isi.vj.li.ethi.pprie est rei cōcessio. sicut est illud Ruth.Cede iure ppinquitatis. Nā cedere dicimus quasi concedere.Et ea que ppria sunt nō aliena nō cōcedimꝰ sed restituimus.Cedere etiaz pprie dicit qui cōtra veritatē alteri cōsentit vt Cice ro cessit emilisse auctoritate veri.i.potiꝰ paruit. Et est sciendū q in instrumento cessionis dicit q cedens eū cui cedit cō stituit pcuratorē in rem suā.Ad cuiꝰeui dentiā notandū.Si cū titio ex mutuo cō traxisti tibi cōpetit cōtra eū actio directa

⁊ personalis quia cuȝ eo in tua ꝑsona cōtraxisti. Tibi etiam cōpetit actio vtilis qua vtiliter ⁊ cū effectu debitū ipsum tāꝗ̄ rem tuā ꝓsequeris. Si autē mihi iura ⁊ actiōes contra debitorē tuū ex causa vēditionis vel ex alia cōmiseris trāsfertur in me vtilis actio qua vti possum ad ipsum debitū tuū tanꝗ̄ meū exequēdo. Directa vo ⁊ ꝑsonalis remanet apud te. cū a te ꝑ cessionē nō poterit separi. etiam si velis adeo tibi adheret. ff. pro socio. l. iiij. Et sic ptȝ ꝙ in directa actiōe ⁊ personali sum ꝓcurator tuus. qꝛ aliter nō poteraȝ vti. licet em̄ directa nō possit cedi. potest tñ̄ mādari eius exercitiū. Et nota ꝙ cessio actionū presumit̄ simulata ex tribus que no. Accur. in. l. j. ⁊ pe. C. de manda. ⁊ ibi doc. ⁊. c. fi. ꝺ alie. ⁊ mu. iudi. cau. fac. Item sex sunt cause ꝓpter quas ep̄s potest cedendi licentiā postulare. s. cōscientia criminis. debilitas corpis. defectꝰ scientie. malicia plebis. graue scandaluȝ. et irregularitas ꝑsone. de crimine renū. nisi cū pridē. circa ꝓ̄n. ⁊ per totū titu. Vñ. crimen debilitas defectus plebs mala cogit Cedere prelatū simul addas scādala fratrum. Adde predictis si q̄s sit irregularis. c. j. de renū. glo. ij.

Cessionarius dꝛ ille in quē trāsfusa est obligatio vel nomē ⁊ debet certiorare debitorem ꝙ nomē eius in ip̄m transfusum sit ip̄m notificando vel oñdendo instrumēto ⁊ legendo ⁊ copiā si velit habere dando. vt. l. nomen. que res pig. obli. pos. C. alias alteri soluere posset debitor nō credens se obligatum cessionario. l. j. §. j. ff de no. ope. nun. et. l. j. C. de obli. et act. per Barto.

Ceso onis. est puer scissus ab vtero matris Inde cesar qꝛ cesus ex vētre matris vt ꝑ glo. in rubri. insti. in verbo cesar.

Cerimonia est ritus sacrificādi. dicunt̄ em̄ cerimonie sacrificia ⁊ solēnitates iudeorū que cereis exercebant̄. ⁊ sic i veteri testamēto peccata purgabātur.

Cerimonialia p̄cepta sunt q̄ ad cultū dei ꝑtinēt. de q̄bus rō reddi non pōt ſm Jo. theo. di. vj. §. his ita rñdet̄. qꝛ ad lraȝ fuerūt mādata. Ut nō arabis in boue ⁊ asino. Non indues vestē lino lanaqȝ contextam. Et nō seres agrum diuerso semie. Sunt em̄ tres duplicitates ꝓhibite. scȝ in corde ⁊ in ore ⁊ in opere.

Cesar ꝓ̄mo fuit nomē ꝓprii Julij impatoris a quo postea omnes imperatores dicti sunt cesares.

Certū dꝛ nō dubiū. vñ ꝓcurator debet esse certus. ff. de ꝓcu. l. ij. Itē arbiter certꝰ dȝ esse. ff. de arbi. l. itē si vnus. §. si in duos. Silr̄ tutor dȝ esse certꝰ. ff. de testa. tute. l. tutor incertus. ⁊. l. duo sunt titij. vt tenet vbertꝰ de bobio. c. j. de ꝓcu. li. vj. in glo.

Certicōditio cōpetit ex oi obligatione ⁊ ex oi cā ex qua aliq̄d certū ⁊ determinatuȝ petit̄ siue ex ꝯtractu siue ex cā legati siue ex suo noie siue obliget̄ hereditario. Et sunt due certicōditiōes. vna generaꝉ in oi cōtractu vbi certū petit̄. alia sp̄alis in cōtractu mutui. Et licet nulla lex hoc manifeste dicat. pōt tñ̄ elici ex textu isti. q̄bus mo. re cōtra. obli. §. j. i fi. ibi ex eo cōtractu. s. mutui nascit̄ certicōditio q̄si ꝓnomē eo demōstret sp̄alitatē in mutuo Etiā in simili licet solū vna bonoꝝ possessio noiet̄. cōiter tñ̄ sunt due. vna generalis. alia sp̄alis. posset etiā ꝓbari ex rubri. ff. de re. cre. ⁊ si cer. pe. ⁊ de cōdi. Que rubrica hȝ tres partes. vbi in secūda tāgit̄ certicōditio sp̄alis ⁊ est glo. insti. §. p̄ alle. similis glo. in. l. certicōditio. in ꝓ̄n. ff si cer. pe. ⁊ in. l. j. in ꝓ̄ncipio. ff. de triticaria ⁊c̄. Cōtrariū notauit Catho de saxis in. l. j. C. q̄ admit. ad bo. poss. sup rubri. Nā hñ̄ dat̄ aliqua bonoꝝ possessio i generali. ſ nulla generalis. ⁊ sic deest certicōditio sicut ꝑ Aristotelē datur anial in genere. nullū tñ̄ reꝑitur aial generale q̄ꝺ ōibus ꝑticipet aialibus. Et nota ꝙ in libello nō ꝓcedit certicōditio generalis. qꝛ nō instruit̄ aduersarius an debeat cōtendere an liti cedere. vt dicēdo. te cōuenio. quia certū mihi teneris.

Ceterū no. Jo. cal. in cōmento decre. vra ꝺ coha. cle. et mu. ⁊ pau. in cōmento decre.

nobis.de iurepatro.

Cetera hec dictio habet importare vt in cõtractu ea que veniũt que sunt de natura ipsi⁹ cõtractus hoc est de ꝯsuetudine. vt no.in.l.si duo patroni.§.siqs iurauerit.ff.de iureiu.ꝛ ꝑ hoc inferũt doc.ꝙ si in ꝓthocollis alicui⁹ notarij inueniatur hec ꝟba ꝛ cetera.ꝙ intelligãtur ea venisse in ꝯtractu que de natura vel ꝺ ꝯsuetudine ei⁹ sunt.vt dicit Bal. ꝙ ꝑ verbuz cetera nunꝙ intelligit vt veniat ꝓmissio cũ pena.Rõ qꝫ pena dꝛ eẽ q̃d extrisecũ ab ipo ꝯtractu.ideo nõ intelligit veniẽ nisi expſ se appareat.ar.ex his que no.in.l.sciẽdũ.ff.de ver.obli.ꝛ.l.ij.C.de fal. si tamẽ ꝫm Bal.ꝯtractus esset ꝯcept⁹ad ꝯsiliũ sapientis ꝛ in ipso verbũ reperiret et cetera tũc bene posset apponi pena in hoc contractu.ꝛ hoc operat appositio illa vt cõsiliũ sapiẽtis dicet istũ ꝯtractũ iuxta no.in.l.aperte.ff.de ver.obli.Et nota ꝙ dictio ꝛc̃.duplici mõ scripta reperit et ꝫm hoc dupliciter ꝓfert.Uno modo ponit indeterminate in fine oꝛatiõis sic ꝙ non regit ab aliquo verbo. ꝛ tũc debet scribi breuiter vt sic ꝛc̃.Secundo modo ponit determinate sic ꝙ refert ad verbũ in orõne positũ a quo regit. ꝛ debet scribi lõge ꝑ duabus dictiõibus vt sic ꝛ cetera.Sic etiã ꝓfert breuiter ꝛ longius.Et vtroꝗ modo significat ꝓut verba ꝑcedẽtia vel aliud mediũ significare declarat.Nã breuiter ꝛc̃. significat illd quod deficit ꝛ supplet verba deficientia.vt in.l.gallus.ver.credendũ.ff.de li.ꝛ posthu.vbi testatoꝛ dicens. Si me viuo nepos decedat tũc q̃ pronepos ꝛc̃.credendũ est gallum denotasse idẽ de ꝓnepte.Et sic dictio ꝛc̃.supplet ibi verba ꝫm que pronepos põt substitui que sunt in prin.illius.l.vt gallus introduxit. Item si procedit instrumentũ extensum locatiõis vnius dom⁹ facte vni ꝛ sequitur instrumentũ abbreuiatũ emptionis alteri⁹ domus facte eidem dictio ꝛc̃.significat clausulas in precedẽti positas que huic lacationi sunt applicabiles qꝫ ꝑcedentia declarãt seq̃ntia l.si seruus pluriũ.ff.de le.j.Itẽ quia ĩ habẽtibus symbolũ faciliꝰ est transitus.l.in rem.§.itẽ.quecũꝗ.ff.de rei ven.

Cõtractus aũt emptiõis ꝛ locationis sunt similes.l.j.ff.locati.Et est sciendũ ꝙ notarius qñ notã positã breuiter in ꝓthocollo redigere vult ad instrumentũ publicũ tunc significata ꝑ dictionẽ ꝛc̃.debꝫ extense scribere.quia scit quid actum est ꝛ quid ꝑ hanc dictionẽ intellexerit tanꝙ testis ibi cõtentoꝝ qꝫ dispositionẽ cõtrahentiũ reciept ergo moꝛtuo pꝛimo notario post ꝓthocollũ anteꝙ redigeret illd in publicũ instrumentũ. secũdus notarius nõ debet significata ꝑ dictionez ꝛc̃.in ꝓthocollo positã extendere nisi quantũ ibi sunt extẽsa.l.ꝯtractus.C.de fide.instru.Sed talis nota ꝓthocolli legẽda ẽ partib⁹ coꝛã testibus ꝛ illis exponẽtib⁹ verbũ ꝛc̃.debet notari⁹ secũdus suꝑ hoc req̃situs expositionẽ illoꝝ redigere ĩ publicũ instrumentũ extẽsum. alias iudex debet arbitrari ex ꝑcedẽtib⁹ ꝛ seq̃ẽtibus ꝛ cõiecturari q̃d ꝑ ꝟbũ ꝛc̃.significet. ar.l.si seruus pluriũ.§.j.ff.de le.j.ꝛ.l.volũtatis.C.de fideicõmis.Secũdo sumit et cetera ꝓut longe ponit ꝛ significat alia ꝑter ea qne enumerata sunt.l.item queritur.§.exercitu.ff.locati.vbi dr ꝙ milites de domo fenestras ꝛ cetera sustulerit Item ibi heres qui ꝯpulsus adit sicut ceteris comodis caret ita hoc cõmodo qꝺ nõ potest detrahere quarta.l.nãꝗ.§.q̃ cõpulsus.ff.ad tre.vbi dictio ꝛc̃.regitur a verbis sustulerũt ꝛ caret.

De Li

Circuitoꝛes dicunt qui circuerũt vel circũdant patrias a nũdinis ad nũdinas deferentes res venales.Et dicũtur alio nomine circũmeatoꝛes.

Circũferanus ꝫm Isi.li.x.dicit qui ad modum rote circũfertur.

Circũseptus est circũdatus vel vndiꝗ cinctus vt no.in ꝓhe.cle.

Circũducere lraꝫ ẽ cã circũducta linea dãnare. ꝛ sic differt a cãcellare ꝛ supꝑũctare

CI

Cimiteriū est locus solēniter ꝑ epm bn̄dictus.de cōse.di.j.nemo.⁊ dicit a cymos id ē dulce ⁊ sterō statio q̄si dulcis statio.

Cirographū est cuȝ duo paciscentes duas scripturas sub eadē forma verboꝝ inter se cōficiūt ⁊ mutuo sibi tradunt.vl' dicit̄ instrm seu illa lr̄a in qua debitoꝛ cōfitet̄ se esse obligatū creditoꝛi idē qꝺ antapoca.⁊ cirographa dū veniunt nomen siue coꝛpus ven ſſe videtur.l.seruū filij.§.eū qui cirographū.ff.de leg.j.

Circūstantia alicuius loci intelligit̄ ꝑ.xxx.pedes.vt dicit Bar.in.l.item apud labeonem.§.cōuiciū.ff.de iniurijs.

Ciliarcha est pꝛinceps super mille hoīes.

Cilium est parua pellicula in oculo que dicitur lacrimale.

Cimiliarcha est custos sacrorū vasoꝛum ⁊ aliarū rerū sacre ecclesie. vt dicit glo.in.l.iubemus.de sacrosanc.eccle.

Circa ē significatiōis restrictiue.nō autem ampliatiue.vt in.l.rutilia polla.ff. de cō ꝓhen.emp.Et h̄ nota ꝓ statutis. Et q̄d dictio circa operat̄ in teste.vide Bar.in l.celsus.ff.de vsuca.Et circa ꝑtinet ad tēpus circū ad locū circiter ad numerum.

